



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Series III. Romæ vices, Pontificis Patrimonium, & Ditio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

☉☉ *Sæc. XVII. à 1600. ad 1698.* ☉☉

Sabaudia Dux Sebastianos Gallia Regi tradit, ut Salutis liberè potiatur 1600.

Mirandula ex comitatu ducatus 1615.

Buxeti Marchionatus à Pallavicinis ad Farnesios Parmæ duces transfertur. Nicolaus Ludovisus Plumbini Princeps 1634. post Appianos qui jure successionis exciderat.

Corrigium vetustis possessoribus ablatum à Cæsare, donatur Francisco Mutinæ Duci 1635.

Genuensis Respublica regiam coronam assumit 1637.

Pinarolium Gallia Regi, Montis Ferrati pars Sabaudia Duci cedit 1637. Apuam vulgò *Pontremoli* Magnus Dux Etruriæ, à Ferdinando II. Emit, quam hic ab Hispanis emerat.



SERIES TERTIA

Romæ Vices, Pontificis Patrimonium & ditio à Christo nato ad annum 1698.

☉☉ *Sæculum I. à 1. ad 100.* ☉☉

Romæ sub Augusto numerata sunt civium capita quadragies centum millia,
Z 3 hoc

hoc est, ut vulgò loquimur, quatuor milliones & 60. millia

Sub Claudio censa sunt sexaginta novemcentena & quadraginta quatuor millia incolarum, hoc est septem feremilliones.

Triplici incendio hoc sæculo deformata est Roma, primo sub Claudio, secundo sub Nerone, tertio sub Tito.

☉ *Sæculum II à 100. ad 200.* ☉

Opes Ecclesiæ Romanæ jam exterorum etiam Christianorum egestati sublevandæ sufficiebant, *Eusebius & alij apud Baron:*

Non moventia tantum bona, verum & prædia ac amplissima latifundia possidebant Rom: Pontific. His alebantur Ecclesiæ ministri, & qui Martyrum acta describebant

Prædiorum possessionem ad Urbani I Tempora differi Genebrardus. sed aliter visum Cardinali Baronio an: 157. & 387.

☉ *Sæcul. III. à 200. ad 300.* ☉

Antoninus Caracalla senatorum Principes fortunis exuit & vitâ.

Cum Senatus Gordianum à militibus dictum Imperatorem probasset, tanta inter Prætorianos Maximini sectatores, & populum Gordiani fautorem dissensio orta est, ut omnia cedere & incēdio fædè cōplerentur.

Sub Philippo ingenti ludorum apparatu celebratur annus ab urbe condita millesimus, qui fuit à Christo nato 247.

Aucti

Aucti hoc sæculo Cardinalium tituli,
auctas indicant Ecclesiæ opes.

☉☉ *Sæcul. IV. à 300. ad 400.* ☉☉

Constantinus Basilicas, Lateranensem,
Vaticanam & D. Pauli quas à fundamentis
erexerat, aureis argenteisq; vasis magnificè
exornatas, opulentissimis latifundijs ditat.

Eodem iubente ab Ecclesijs adiri hære-
ditates confessorum & Martyrum, quibus
morientibus nullus supererat sanguinis
propinquitate conjunctus, non tantum
Ecclesiæ Romanæ, sed etiam aliarum opes
mirum in modum augentur.

A filijs Constantini usque ad Honorium
Urbem plerumque regebat Præfectus Im-
peratoris nomine.

☉☉ *Sæcul. V. à 400. ad 500.* ☉☉

Honorio Principe Romæ sedente, urbs,
quæ Principem diu non viderat respirare
videtur.

Alaricus 409. ab urbis obsidione auro
repellitur: sed 410. eandem ex improvise
adortus proditione capit. In testa sævi-
tum est, civibus temperatum, templis &
vasis sacris intactis.

Ataulphus corradit quod prior clades
reliquum fecerat.

Maximus inde Tyrannus urbem occu-
pat,

272 *Roma Vices, Pontificis*
pat, eoque interfecto Gensericus Vandalorum Rex 455.

Urbem iterum capit Ricimerus Gothus Anthemio Cæsari infensus 471.

Theodoricus tandem, Odoacre per dolum cæso, Italiâ & Româ potitur 493.

☉☉ *Sæcul. VI. à 500. ad 600.* ☉☉

Belisarius Romam civibus deditibus de Gothis recipit 536.

Frustra oppugnatur à Vitige 537.

Totilas Gothorum Rex civibus fame propemodum enectis, urbem vi captam incendit, sed incolis parcat, quibus tamen penè vacua facta est, aliis aliò dilabentibus A Narsete recipitur 553.

Amplissimum fuisse hoc ævo Rom. Ecclesiæ patrimonium docent Epistolæ M. Gregorij, è quibus agnoscuntur ingentes opes, & latifundia illius in Italia, Sicilia, Sardinia, Gallia, Dalmatia, Africa & alibi *Genebrard. & Sigonius.*

Roma per Duce[m] à Græco Cæsare, cui post Narsetis victorias parebat, missum regebatur.

☉☉ *Sac. VII. à 600. ad 700.* ☉☉

Civilem tamen aliquam potestatem Romæ exercuisse D. Gregorium, liquet ex ejusdem Ep. lib. 5. ubi jure civitatis exteros donat.

Antequam Saraceni traicerent in Hispaniam,

miam, eamq; subigerent armis, nobilissimū
Regnū annuū Ecclesiæ tributum solvebat.

*Calvisius anno 700. scribit Baronij Annales
ab Hispania fuisse proscriptos, quia hoc ausus
est affirmare. Sed fuit is unicus tantum ro-
mus undecimus, aliam longè ob causam non
probatum Hispanis.*

☉ *Sæcul. VIII. à 700 ad 800.* ☉

Aripertus II. Longobardorum Rex Al-
pes Cottias Rom. Pontifici donat 704.

Romani, aliiq; Italix populi à Leonis
Isauri, sacro anathemate percussi, Imperio
abrupti, sponte Gregorio II, Rom. Ponti-
fici parere incipiunt 730.

Pipinus Francorum Rex Exarchatum &
Pentapolim Sedi Apostolicæ donat 755.

Carolus Magnus Pipini Patris donatio-
nem cumulat, adjectis Corsicâ, Sardinia,
Siciliâ Benevento, Spoletino & Tusco Du-
catu 774.

Anglia primo 740. mox pluries Gallia
782, Romanæ Ecclesiæ fit vectigalis.

☉ *Sæcul. IX. à 800. ad 900.* ☉

Ludovicus Pius Imperator avi Pipini &
Caroli Patris donationes confirmat, easq;
Romæ, aliarumque urbium & oppidorum
accessione amplificat 815.

Salomon minoris Britannix Rex annum
dena-

274 *Roma Vices, Pontificis*
denarium à singulis Regni sui familiis Romanæ Ecclesiæ solvi jubet 869.

Joannes VIII. Saracenis Urbi militibus tributum pendere cogitur 877.

Sæculo inclinante memorantur primo Tusculani Comites, per duo deinceps sæcula Romanis Pontificibus plerumq; infestis

☉ *Sæcul. X. à 900. ad 1000.* ☉

Theodora mater, & mox filia Marotia, præpollentes formâ & opibus sceminae, is ad opprobrium Romanæ Sedis abutuntur.

Romani Alberico Marozie filio duce, veterem reipublicæ formam revocare nituntur 940.

Otho I. priorum Cæsarum donationes novo decreto sancit 962. sed mox in Romanos tumultuantes sævit 964.

Hungaria à S. Stephano Rege Romanæ Ecclesiæ oblata: 1000. Protonæi Comites in Latio & Romæ præpotentes.

☉ *Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.* ☉

S. Henricus I. donata Romanæ Sedi à Pipino & Imperatoribus rata esse jubet, 1014. Idem Bambergam donat, mox ejus loco Beneventum restituit: 1019.

Romanæ Ecclesiæ vestigales sponte fiunt Polonia 1041. 1045. 1047. Dania 1062. Bohemia 1073. Sardinia & Russia 1075. Dalmatia & Croatia 1076.

Roma capta ab Henrico II. sub Gregorio

rio

rio VII. 1084, Apostolorum Petri & Pauli
ædes direptæ.

Ptolomæus Comes, Petrus Columna, &
Abbas Farsensis absente Paschali II. tu-
multum excitant 1109.

☉ *Sæcul XII. à 1100. ad 1200.* ☉

Mathildis Comitissa ditionem suam uni-
versam, Apostolo Petro moriens legat 1115.

Romani, Arnaldo de Brixia impellente,
ab Innocentio II. desciscunt, Senatum re-
stituunt, solam Pontifici Sacrorum admi-
nistrationem relicturi. Hæ turbæ deinde
plures exercuere Pontifices.

Lusitania sponte fit vectigalis Romano
Pontifici 1141.

Innocentius III. Spoletum, Assisium, Pi-
cenum feliciter recipit.

☉ *Sæc. XIII. à 1200. ad 1300.* ☉

Joannes Rex Angliæ & Hiberniæ su-
prema jura in Romanum Pontificem trans-
fert 1213.

Hoc & sequenti sæculo Senator urbis,
vel Rex, vel è Regio plerumque sanguine
eligebatur.

Insula Mona vectigalis Eccles: Rom: 1219.
Feretranus comitatus Eccl: R. relictus 1236.

Urbium Friderico Feltrio à Cælestino,
V. 1240. Camerinum Gentili à Varano
ab Alexandro IV, donatur 1261.

Frider-

276. *Roma Vicis, Pontificis*

Fridericus II. Cæsar Flaminiam & Amiliam occupat 1241.

Picenum cæso Manfredi notho recuperatur à Clemente IV. 1266.

Rodolphus I. Restituit, quæ Fridericus rapuerat 1273.

Quido Feltrius I. Comes Urbini 1296. Traversariis aut pulsus, aut extinctis, Potentani Ravennæ dominatum usurpant 1300.

☉ *Sæc. XIV. à 1300. ad 1400.* ☉

Romanis Pontificibus Avenione sedentibus, Joannes de Vico, Galeottus, Malatesta, Franciscus Ordellaffus, Gentilis de Moliano, & alij Sedis Apostolicæ Patrimonium lacerant; sed mox ab Ægidio Card: Albernotio legato pelluntur ab oppidis, quæ occupaverant.

Roma deformatur ac penè deseritur.

Sciara Columna Romæ rerū arbiter 1329.

Romæ turbæ excitatæ per Nicolaum Laurentium 1347.

Ferraria cedit Atestinis 1320. Avenio emitur à Clemente VI. 1350.

Bononia Joanni Archiepiscopo Mediolanensi venditur à Pepulis 1350.

Malatestæ Ariminum & alia circum oppida tenent.

Urbanus V. abrogatis populi Romæ septemviris, urbis regimē Banderesij tradit 1367.

Grego

Gregorius XI. Romãreditu recreat. 1377.

Perusia occupatur à Briardo 1393. Recu-
peratur 1394.

Alexander Sfortia Pisauri Dominus 1400

☉ *Sacul. X^o. à 1400. ad 1500.* ☉

Bononia à Martino V. recuperatur 1410

Franciscus Sfortia Piceni Marchio à
Pontifice dictus 1434. Assisium aliasque ur-
bes occupat, sed pellitur ab Alphonso
Aragonio 1442.

Valentinensis & Diensis Comitatus in
Gallia à Ludovico XI. vel dati vel restituti
Rom. Ecclesie 1460.

Borsius Atestinus ex Marchione Dux
Ferrariæ à Paulo II. appellatus 1471.

Nicolaus Vitellius Tipherni Principẽ agit,
Fridericus Ubalдинus Dux Urbini 1478. Bo-
nonia à Bentivolis, Perusia occupatur à
Brachto 1488.

Ferrerij Masserani Dynastæ 1490.

Cæsar Borgia Æmiliam. & Flaminiam
serè omnem Columnensium U. sinorum,
Cajetanorum oppida, quã vi, quã fraude
occupat.

Julius II. Borgiam raptis expoliat 1502

☉ *Sacul. X^o. à 1500. ad 1600.* ☉

Roborei post Ubalдинos Urbini Duces
1509. Julius II. Bentivoli: pellit Bononiã 1506

Roma vastata à Cæsareis 1527.

